96



ūātiōez ſpei ſic ſe laudauit ezechias ·vt habet᷑ Eſa·xxxviij·vbi dr·Egro
tauit ezechias vſqꝫ ad mortem·ꝛ introijt ad eum eſaias pͥpheta·et dixit
ei·Hec dicit dn̄s deus·Diſpone domui tue qꝛ morieris tu et non viues·
Et conuertit ezechias faciem ſuā ad pietem et adorabat ad dominū ·et
dixit·Obſecro domine memēto queſo quō ambulauerim coram te in ve
ritate et in corde ꝑfecto·et qđ bonū eſt in oculis tuis fecerim Et fleuit
ezechias fletu magno·Et factum eſt verbū domini ad eſaiam pͥphetam
dicens·Vade et dic Ezechie hec dicit dn̄s·Audiui oracōez tuam·et vidi
lacrimas tuas·et ecce ego adijciā ſuꝑ dies tuos·xv·annos·et de manu
regis aſſirioꝝ eruam te et ciuitatem iſtam·Sic ſimili mō cum quis eſſet
in maximis anxietatibꝰ cōſtitutus·ſiue etiam in agone mortis·et de de
ſperatiōe temptaret᷑ tūc poſſet quis in tali caſu bona oꝑa ſua ad memo
riam reducere ne deſperaret·Et ecōuerſo cū homo de elatiōe et compla
centia ſuijp̄ius temptaret᷑·tūc peccata ſua eſſent reducēda ſic ad memo
riam·vt ſic humiliaret᷑·Huic ſimile legit᷑ đ ſancto Anthonio cui dyabo
lus dixit·Cum te exaltare in elatiōe mentis deſidero tūc tu te deprimis
Cum te deprimere volo·tūc tu te exaltas·Sciendum tn̄ ꝙ in anguſtijs
mortis homo maxime debet habere recurſum ad diuinam miſeratiōez vn̄
Ambro·in exameron·De diuina miſeratiōe tūc ſperandū amplius eſt cū
p̄ſidia humana defecerint·Vnde legit᷑ de beato Bern̄·Qui i merito paſ
ſionis in tantū ꝯfidebat·ꝙ cum in infirmitate eſſet qn̄qꝫ ſibi videret᷑
ante tribunal domini ſe p̄ſentari·Et quō ſathan multa cōtra ip̄m dicerꝫ
Rn̄dit regnum celoꝝ duplici iure dominꝰ meus obtinet·ſ·hereditate pa
tris·et merito paſſiōis·Altero ip̄e cōtentus·alteꝝ mihi donat·Ad hoc
inimicus cōfuſus diſceſſit·Tercio pōt quis ſe laudare ad gloriam dei et
edificatiōem pͥmoꝝ·Sicut fecit ſanctꝰ paulꝰ apl's·Vnde dicit j·coꝝ
xj·Eſtimo me nihil minus feciſſe a magnis apoſtolis·Item dicit in alio
loco·Abundantiꝰ omnibꝰ illis laboraui·Item iactat ſe de his q̃ paſſus
eſt·Vnde dicit ij·Chorin·xj·In labore et erumna et vigilijs multis·In
frigore et nuditate in mortibus frequēter·A iudeis quinquies quadra·
genas vna minus accepi·Ter virgis ceſus ſum·ſemel lapidatꝰ·ter nau·
fragium feci·et ſic de alijs ꝑiculis que ibi narrat in quibus fuit·Hec be
atus paulꝰ de ſe narrat vt eos ad tolerantiā et oꝑatiōem animaret·Vn̄
dicit Chorin·eodem caᵒ·Suſtinetis inquit ſi quis in ſeruitatem vos re·
digit·ſi quis deuorat·ſi quis in faciem vos cedit Item dicit romanis ad
Ro·xij·Benedicite ꝑſequentibus vos·benedicite et nolite maledicere·
Ergo tali intenciōe qn̄ quis oꝑa ſua manifeſte coram hominibꝰ faceret·et
qn̄qꝫ de eiſdem oꝑibus bonis ſe laudaret·vt deus ex hoc honorificaret᷑
et pͥmus edificaret᷑ nō peccaret·Vnde xp̄c dixit in euāgelio Math·v·
Sic luceat lux veſtra coram hominibus·vt vi·o·v·b·et glori·p·ꝛc·Vnde
Grego·i mora·Actio ſit in publico·intentio tn̄ maneat in occulto·Quar
to modo cum quis ſe iactat᷑ ꝓpter aliquē actū venialis peccati·Sicut

nō

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-434/0189
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG